Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



90.

annuatim subcrescere solet. Duodecies enim uicenis & binis. cctos lxiiii faciunt quas esse horas xi dierum. hinc facile patet quia undecies uicenis & quaterni eandem summam conficiunt. Porro xii ies semis. sex faciunt quae annuae sunt horae quadrantis. Siquidem luna xii suos menses xi diebus uti dictum est. & quadrante breuiores totidem solis mensibus agens. inhis tandem peragendis. tredecies zodiaci ambitum lustrat. Sed in utroque mense computandi consultudo uel auctoritas uel certe compendium calculandi naturae putauit. Nam non solum lunae menses quod calculandi necessitas cogit tricenis unde tricenisque diebus ordinant. Sed & lunam superfluam quae iuxta naturae rationem in fine anni debuerat intercalari. plerique ubi libet intercalant. Et quod est grauius tantum inter se calculatores dissident. ut uno nonnumquam eodemque die hic xiiii. ille xv. alius xvi adseuerent lunam esse putandum. Necnon & solis annuos menses dissimillima regula diuersoque genere ordinem &c.

Denique aegyptii qui primi propter ociorem lunae discursum. Neu delicet error calculandi eius uelocitate gigneretur adsolis cursum cuius motus tardior facilius poterat comprehendi. suos menses computare coeperunt. Sumto ab autumni tempore primordio tricenis horis produnt includere diebus. Quorum primus mensis thoth. iiii kalendarum septembrium. Secundus faophi. iii kt octobrium. Tertius athyr. v kt nouembrium. Quartus choeac. v kt decembrium. Quintus trybi. vi kt ianuarium. Sextus mechir. vii kt februariarum. Septimus famenoth. v kt martiarum. Octauus farmuthi. vi kt aprilium. Nonus pachon. vi kt maiarum. Decimus paunii. vii kt iuniarum. Undecimus epiphi. vii kt iuliarum. Duodecimus mesori. viii kt agustarum diesque exordium. Quem x kalendarum septembrium die terminantes residuos v dies epagomenas uel intercalares siue additos uocant. Quibus & iam quarto anno diem